



**Eminentissimi Ac Reverendissimi Domini, D. Joannis  
Baptistæ, Cardinalis De Luca, Theatrum Veritatis Et  
Justitiæ, Sive Decisivi Discursus**

Ad Veritatem Editi In Forensibus Controversiis, Canonicis & Civilibus, in  
quibus in Urbe Advocatus, pro una partium scripsit, vel Consultus  
respondit ; Cum Indicibus Argumentorum, Causarum ac Rerum  
luculentissimis. Opus Tam Judicibus, Quam Causarum Patronis, atque  
omnibus in utroque Foro ...

Pars I. De Testamentis, Codicillis, & ultimis voluntatibus. Pars II. De  
Hærede, & Hæreditate. Pars III. De Legitima Trebellianica, & aliis  
Detractionibus

**Luca, Giovanni Battista de  
Coloniae Agrippinae, 1690**

Disc. XXVIII. Ianuen. legitimæ. De Statuto Januæ, excludente Religiosos à  
parentum successionibus, etiam à legitima, an capiat bona extrà  
territorium; Et quid de illius validitate in bonis intrà ...

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-74043](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-74043)

aliqui desuper habitu fuerunt congressus Advocatorum hinc inde, in quibus ego pro parte dicta Principe Constantia interveni; Nihil verò determinatum fuit, ob aliquas restrictiones in facto potius considentes Prinfrā, quarum iustificatione pendente, dicta Principissa obiit in Insula Sardinia condito testamento, in quo Principe fratri jure legati hanc actionem, seu prætentioem reliquit, ideoque ita causa finem habuit, neque desuper maturum judicium efformari potuit.

In congregatis autem desuper habitis, ac etiam in informationibus hinc inde editis, nō dubitabatur de pertinencia legitimæ in bonis controversiis, quatenus essent de libero dominio, ac patrimonio matris, non obstante sapienter in præcedentibus enunciato Statuto Urbis 145, feminatum exclusivo propter masculos, tam à paterna, quam à materna successione, quoniam quidquid apud seniores nimium controversum sit, hodiè fieri ubique, præsertim verò in Rota & Curia Romana, firma conclusio est, de qua plures habentur in Statutorum peculiariter materia sub*tit. de successionibus*, ac etiam *sub tit. de dote* *dec. 143. & alibi*, ut ad effectum Statutorum, utraq[ue] personarum, ac bonorum copulativa subiectio requiratur, neque una sine altera sufficiat, juxta celebres decisiones Narnien. coram Merlino inter suas dec. 353. & 513 repetit. dec. 177. par. 5. & dec. 68. par. 6. ruerunt que reputantur in materia magistrales, atque lepida canonizatae fuerunt, ut etiam habetur *dis. seq.* Ideoque cum controversia bona sita esset extra districtum Urbis, sub Statuta non cadebant, sed sub dispositione juris communis, quo novissimo attento, certum est, qualem esse filiorum conditio nem, absque sexus distinctione per jura litteralia, quæ desuper habemus, ac plenè deducitur in decisionibus editis in causa, de qua supra *dis. 4. & passim*, quoniam evidens inscriptio est in hujusmodi principiis notoriis, ac indubitate, auctoritates deducere, vel desiderare.

Prout posita competentiæ legitimæ, non dubitabatur de altera pariter firma conclusione plures hoc eodem tit. & lib. altero de *donationibus*, ac alibi insinuata, ut bona per parentem in vita ex causâ lucrative in alterum distracta, veniant in calculo ejus affis hereditarii, ac habeantur pro extantibus ad effectum calculandi legitimam detrahendam ex aliis bonis, quæ supersunt, & in subsidium etiam ex ipsius distractis in tertium.

Quinimò etiam abesse subsidii requisito, quoties essent de melioribus, adeò ut subesse posset fraus, quod filius in pecunia, vel in mobilibus, seu bonis deterioribus legitimam accipere cogereatur; Quod tamen certam, ac determinatam juris regulam generalem non habet, sed remissum est prudenter Judicis arbitrio ex facti qualitate, & circumstantiis regulando, ut alibi plures hoc eodem tit. advertitur super hoc puncto, an, & quando legitima debetur præcisæ in corporibus, vel præstari possit in pecunia, & mobilibus; Ideoque difficultas restringebatur ad punctum, an hujusmodi bona dicenda essent, necne de ase materno, stante quod ex dicti Pontificis concessione pro veniebant, sub lege alreum successorem in eis nominandi, vel substituendi.

In hoc autem punto, pariter modica, penè nulla controversia erat inter Sribentes hinc inde super iuris theoria generali, seu in abstracto, illaque tamen acerrima erat in concreto super applicatio-nes, & an in una, vel altera distinctionis parte versaremur; Siquidem, tam ad istum præcium effectum calculandi in ase parentis pro regulanda detractione legitimæ, quam ad alios effectus aris alieni, ac

onerum, & an ille, qujus favore fiat nominatio, vel dispositio, obtinere dicatur bona ab ipso nominante, seu immeiatè disponente, quem in ejus actorem agnoscat, vel potius à primo, seu mediato, remanente secundo in puris terminis instrumenti, seu organi; Quidquid antiquiores variaverint, atque desuper se involuerint; Hodiè melius per modernos dilucida materia, pariter firma, & recepta distinctio est, derivata ex textu *in l. unum ex familia* §. *si de falidia ff. de legat. 2. de qua in specialibus terminis legitimæ Peregr. de fidicommis. art. 6. n. 8. Rot. dec. 62. num. 7. cum seqq. post Merlin. de legit. & generaliter ceteris relatis habetur apud Rot. dec. 205. & 314. par. 9. rec. & dec. 170. par. 12. & plenius, ac melius in Romana emphyteusis 29. Novembris 1653. coram Vespicio, & frequenter, ut insinuatur etiam plures sub*tit. de fidicommis. & alibi.**

Quod scilicet, Aut electio, vel nominatio de necessitate facienda est de persona certa, vel etiam de incertis, de certo tamen genere personarum; Et tunc ille, in quem sit dispositio, recognoscere dicatur à primo, seu mediato disponente; Alter autem immeiatus remaneat nudum organum, seu instrumentum; Aut verò id depositum est in disponere debentis libertate, disponendi, vel non disponendi in genere; Vel etiam ipsa dispositio in genere adjecta sit per viam præcepti, seu necessitatis, sed nulla certificata persona, vel personarum genere, ad eou in libera voluntate gravati depositum sit eligere quem maluerit de quocumque genere, & tunc secūs, ad eou ille, in quem sit dispositio, recognoscere dicatur ab ultimo, & immeiatu disponente, de cuius patrimonio bona esse dicantur, & consequenter ex eis debeat legitima.

Hinc proinde, (ut dictum est) restringebatur quæstio ad solam applicationem, an in una, vel altera distinctionis parte versaremur; Atque attento contextu scripturarum, planum erat ut versaremur potius in secunda parte, dum Pontifex liberè bona concesserat, removendo præcedens vinculum cum facultate substituendi, vel nominandi quamcumque placitam personam indefinitè absque aliqua restrictione, solumque in casu non factæ nominationis, vocabantur personæ vocatae ad primogenitum.

Verum quia Sribentes pro Princeps Camillo, prætendebant, quod ista fuisset potius fiduciaria dispositio pro solo effectu, ut posset dicta Olympia, neglego Camillo filio, juxta primogenitum ordinem vocato, præelligere ejusdem filios, vel eorum aliquem, dummodo tamen egredi non posset dictum genus, intra quod obligatio præcisæ restricta erat; id eoque ita intraret prima pars distinctionis, idque in facto justificari prætendebatur, idcirco ad dictam justificationem facta fuit restrictio; Verum ex jam dictis supervenientis accidentibus controversia ulteriore progressum non habuit, & consequenter quæstio consistebat potius in facto, quam in jure.

## JANUEN.

### LEGITIMÆ

#### PRO QUADAM INSIGNI RELIGIONE.

*Responsum pro veritate super casu  
benevolè concordato.*

De Statuto Januæ, excludente Religiosos à parentum successionibus, etiam a legitimi-

N 4

ma,

De LUCA  
de  
flamentis  
et cat.  
GVI  
S

ma, an capiat bona extra territorium; Et quid de illius validitate in bonis intra territorium; Et an cesseret ex contraria mortis voluntate; Et incidenter, an reliqua legitima ei, cui non debebatur, dispositio substatineatur, vel potius corrut ex fallo presupposito.

## SUMMARIUM.

- 1 **F**acti series.
- 2 Statuta exigunt copulativam subjectionem personarum, & bonorum.
- 3 Loca montium, vel similia jura cum Principe, vel Republica, circumscribuntur loco, & de quo censeantur.
- 4 Ecclesia, & loca pia debent procedere cum majori aequitate.
- 5 De Statuto Ianue, ut testamenta non rumpantur ob præteritionem.
- 6 Quid operetur speciale hoc Statutum ultrà juris dispositionem.
- 7 De altero Statuto excluente Religiosos.
- 8 Statuta procedunt ab intestato non autem contra testamentum.
- 9 An Statuta exclusiva comprehendant legitimam.
- 10 Legitima relictæ ei, cui non erat debita, an debeatur.
- 11 De more testandi Ianuensum.
- 12 Quod legitima debita ex pluribus bonis, possit, ac debeat assignari in aliquibus in quibus ita congruat.
- 13 De invaliditate legum excludentium Religiosos, & ecclesiasticos.
- 14 & 15 Declaratur quando id procedat cum distinctione.
- 16 Lex laicalis disponens cum proprio subdito super eo, quod ipsam induxit, servanda est.
- 17 Et quando ea malè disponeret.
- 18 De rationibus dubitandi de conclusione, de qua num. 16.
- 19 Quæ spiritu Dei aguntur, non retrahuntur a temporalibus.
- 20 Filius in bonis patris viventis nullum jus habet.
- 21 An legitima debeatur de jure naturæ, vel postro.
- 22 Quale propriæ sui debitum juris naturæ.
- 23 Quando dicatur poena, vel dispositio modalis, vel potius conditionalis.
- 24 Quando status religiosus, vel ecclesiasticus tollat etiam jus quisitum.
- 25 De incapacitate clericorum in fendi.
- 26 Quando propriæ improba esset lex laicalis excludens ecclesiasticos.
- 27 De differentia Statutorum Civitatis recognoscens, & non recognoscens superiorum.

## DISC. XXVIII.

**H**ieronymus, æqualiter institutis septem filiis masculis, eam adjectit conditionem, ut eorum aliquo claustralem Religionem ingrediente, institutio quoad eum profecta habenda esset, illum solum instituendo in scutis 5000 in sorte, & in annuo redditu librarum mille ad vitam, cum reintegrazione in casu redditus ad seculum; Quatenus vero talis filius hinc iudicio acquiescere nollet, eidem reliquit legitimam sibi de jure naturæ debitam; Cum autem unus ex filiis, quendam insignem Religionem ingressus esset,

atque testatoris nimium opulenta hereditas, prolius prudentis, ac industris nationis styllo, distributa esset in effectibus consistentibus in pluribus provinciis, seu principatibus, & praesertim in nobilibus quantitate locorum montium, allorumque effectuum in Urbe; Hinc proinde ex parte dictæ Religionis pro veritate consultus fui, quid dicto religioso de rigore juris competeteret, non quidem animo dictum rigorem exercendi, sed ex prudentiā monovo sciendi ad quid prætentio ascenderet, ut ex sua honesta, & benevolia concordia, qua tractabatur, effectum sortita esset, dignosceretur, quantum eadem Religio in hoc discretè se ageret.

Distinguendo autem patrimonia, seu istius patrimonii effectus. Quatenus pertinet ad illos existentes in Urbe, & Statu Ecclesiastico; Duxi planum, deri, quod ubi etiam admittenda esset tanquam absoluta Statuti validitas, cui defuncti dispositio non adversaretur, adeo ut in bonis in territorio fluentis existentibus, nullum in legitima jus competet, adhuc tamen sub eo non venirent distracti. Aus, ac alii existentes in illis provinciis, seu principatibus, in quibus recepta sit eadem opinio, quare per ea est in Curia, ut ad effectum hujusmodi Statutorum, copulativè requiratur ultraque subiectio personarum, & bonorum juxta theoriam Barolini, cunctos populos Cod. de Summ. Trinit. &c., de qua ter relatis late per Rotam apud Merlin. decis. 33. & 51. repetit. decis. 177 par. 5. decis. 68 par. 6. recens. cis. 228. par. 8. cum concordan per Merlin. de legitima lib. 3. tit. 1. quest. 18. num. 20. cum sequent. add. a Burati. decis. 188. & in sua materia sub tit. de successoribus, ac passim, cum sit conclusio, de qua hodiernæ Curia amplius non dubitatur.

Et quamvis antiquiori tempore, (non extrâ probabilem dubitanti rationem) dubitatum sit, an loci montium, vel consimilia jura, que cum Principe, Republica habentur, circumscribantur loco, vel potius tanquam jura, & actiones, ac species nominum debitorum, cohærent personæ, camquicunque quantur; Nihilominus hodie receptum est, ut redilectant quendam speciem censum, ideoque circumscribantur loco atque censeantur Urbis, vel alterius Civitatis Metropolitica, in qua ereta sint, & solvantur fructus, ut per Rotam apud Rosas decr. 66. Thefan. junior. lib. 2. quæst. forens. 5. Rovit. super pragm. rubri. de jurib. & exact. fis. lib. num. 6. & num. 3. & cum seqq. & insinuator in sua materia sub tit. de gal. ad materiam locorum montium; ideoque in his effectibus concludebam, quod de stricto jure plenum esset, ut ad limites juris communis dicto religioso debita esset legitima; Nihil tamen commendabam urbanitatem, seu moderationem, cum qua procedebatur, quoniam, ut plures in aliis metris insinuator, Ecclesia, & loca pia cum majori aequitate, & circumspectione in hujusmodi, vel similibus controversiis procedere debent, quam faciunt laici, neque unquam placuit ille indiscretus rigor, cum quo, in summo jure, per nimium zelantes pcedi solet.

Quoverò ad bona existentia in dicta Civitate, & territorio, ac alia, quæ loco non circumscripta, defundit personam sequantur, ideoque sub Statuto cendant tres constitutam inspectiones; Primo, colliceat quid ipsum Statutum in hoc disponeret, atque ad ejus limites prætendi posset; Secundo, an statutaria dispositio etiam in casibus, in quibus obstaret, cedere debet, ob contrariam dispositionem ejusdem parentis; Et tertio, quid in punto juris dicendum esset de ejusdem Statuti validitate.

Quatenus pertinet ad primum, duo desuper.

est in ea Civitate habentur; Primo scilicet lib. 5. iii.  
12. 6. & 12. ubi disponitur quod testamentum infrin-  
git non possit ex causa præteritionis, vel ex ha-  
reditationis, sed istud non tollit legitimam, qui-  
modo in §. 13. eam expressè reservat sub vocabulo fal-  
cidarum, ut de hoc statuto agitur sub tit. de testa-  
mento. dico. 60.

Vero inane opus videbatur agere de isto  
statuto, cum illud in definitè percutiat quamecum-  
que præteritionem, vel ex hereditationem etiam  
personæ non exclusæ, & quæ excludi non poterat;  
ad eum ut eius operatio in eo constat, ut subintelli-  
geret faciat in testamento quandam speciem clau-  
sule codicillaris magis operativæ, quam ea sit de  
jure communis, quia nemp̄ ita sublineatur testa-  
mentum etiam jure directo; Atque hinc sequitur,  
quod in testamento quæ in ea Civitate sunt, ne-  
gliguntur clausula codicillaris, quæ alibi accurate  
admittit, quoniam non est opus, dum Statutum ma-  
jorem facit operationem.

Alterum vero Statutum est eodem lib. 5. capit.

25 §. 4. ubi disponitur ut filius alicui Monasterio,

vel Religioni dicatus, vel dicardus, aliud pre-

tendere non possit in hereditate, ac bonis

patris, & matris, siorumque ascendentium,

nihi, quod ab eisdem morientibus ei relinquere-

tur. Idque juris dispositioni conformata ex recepta

conclusione in precedentibus hoc eadem titulo, ac

euam alibi pluries insinuata, ut hujusmodi statuta-

riae exclusiones essent ex judicio contrario testato-

ris, id est locum habeant in testato, vel etiam

conditio testamento, quando istud sit compatibile

cum Statuto, juxta consil. 300. Anch. Hondon. consil.

57 lib. 1. um concordan. per Rot. dec. 60. n. 10. 175. p.

7. re adden ad Greg. decis. 38. & passim. Unde pro-

prium comtestor, ingredienti Religionem, reli-

quuntur legitimam sibi debitam jure naturæ, ita ces-

sata dispositio statutaria.

E circa quam in discussiva ratione insinuabam

ei, que habentur deducta supra dicto ut Statu-

ta exclusiva non capiant legitimam, ubi presentim

eius expressam non faciant mentionem; Tum

exfectu voluntatis, quæ allegen non præsumunt;

Tum etiam ex altero potestatis, ex eo quod legitima

proveniat à jure naturæ, cui lex positiva derogare

non potest; Verum adverterebim. quo d' istud

morivum, mihi non videbatur tutum, ex ei dem ra-

tionibus, ac fundementis, de quibus eodem

dicto. 10. 10.

Quare dubitandi ratio restringebatur ad ejus-

dem testatoris voluntatem, an scilicet relinquendo

filio Religionem ingredienti, ejusque iudicio

acquiecerent, legitimam de jure naturæ de-

bita ita conferetur à statutari dispositione recep-

to; Et in hoc deducbam decisiones hinc

inde editas in Avenionem, legitima eorum Penitentia-

rio, Prolo, & Abergato, quarum aliquæ

habentur imprefc., decis. 326 & 332. par. 11. & de-

cis. 4. 188. 352. 251. & 312. par. 12. recen.

In quibus agi-

tur de casu, quod relinquens uxorem cum ventre

pregnantem, sibi tamen ignoto, reliquerat matri

legitimum sibi debitam, an scilicet deberetur, non

distant quod procreatus esset filius; Atque in

primis decisionibus deciditur deberi utrunque

legitimum filio scilicet ex dispositione juris, matri

autem ex voluntate morientis jure legati; Prob-

abilis autem in posterioribus deciditur contrari-

um; Et quamvis ad cohonestandum recessum, in-

ducti fuerint aliqui testes probantes hanc volun-

tatem defuncti relinquendi solum eam legitimam,

quam de necessitate relinquere teneri credebat,

cum presupposito, quod, decederet sine prole, ad eum sublinendi testamentum, cum alias er-  
gamarem potius auctoritatem haberet; Attamen  
in puncto juris mihi quoque probabilius vide-  
tur, quoniam ita esset species donationis in dubio  
non presumenda, stante illo verbo debita, quod  
denotat presuppositum, ut debita esset, ideoque  
conditionem implicare dicitur quatenus scilicet de-  
beatur.

Id autem elarius in hac facti specie procedere  
dicebam, dum testator, jam animum suum decla-  
ravit, quid scilicet hujusmodi filii relinquere  
voluerit; Hoc autem relictum legitime, de stylo  
in Jan. ensium testamento adjici olet eo modo,  
quo ad amissum ita dispositum legitur in altero an-  
tiquiori testamento, de quo sub tit. de fidei. dicto.  
103. adcedat videatur antiquum formulatum uni-  
forme, ad salvandum scilicet testamentum à nulli-  
tate, pro bonis extra territorium in quibus cum di-  
positione juris communis, non autem cum illa Sta-  
tutu procedendum est; Et consequenter mihi clau-  
sula videbatur, quod non adcessit hec voluntas re-  
cedendia statuto.

Quoverò ad terrum punctum validitatis, vel  
invaliditatis d' Statuti; Quando in hereditate alia  
bona nova adessent, nisi existentia in territorio illius  
Civitatis, tunc inane opus fuisset de hoc agere, quo-  
niam cum causa agenda esset in eo foro, ac in  
Tribunalibus laicis, fabulosum esset hoc opus  
assumere; Sed quia aderant dicta loca monitum alii  
aque bona in Urbe tunc ubi invaliditas subsisteret, 12  
ad eos, ut in puncto juris integra legitima debita esset  
de omnibus bonis, ita obtineri posset intentum,  
quoniam ex ipsis bonis in Urbe existentibus peti  
poterat totum, etiam pro rata existentium in dicta  
Civitate, ob impedimentum, quod ibi defacto pra-  
staretur juxta firmata per Rotam decis. 225. par. 9.  
rec. ubi quod in bonis in Urbe existentibus fieri  
potest exequitur pro iis, que verè debeantur, in qui-  
bus in alio domino existentibus praeteretur impedimentum.

Quamvis enim regula juris sit, ut legitima ex  
sugulis corporibus, atque (ut nostri dicunt) ex  
qualsib[us] gleba debetur; Nihilominus ubi justa  
causa exigit, intrat Judicis arbitrium, ut detur in pecu-  
nia, vel in certis bonis, ut pluries in precedentibus  
advertisit; Et consequenter ita hoc arbitrium  
interponi potest, ut unus obtineat totum in illa  
specie bonorum, que sine difficultate obtinere  
potest, ex deductis per Cyriac. contr. 36. num. 9. Et  
conferunt quæ in materia divisionis rerum com-  
munium, ut cuiilibet assignari debeant bona magis  
commoda, & adjacentia, habentur apud Capit. &  
add. dec. 42. Cyriac. contr. 117. n. 7. Muchalor. de Fratr.  
par. 3. cap. 38. n. 2.

Verum probabilius videbatur quod Statutum  
esset validum; Quamvis etenim certa juris regula  
sit, ut Statuta privantia successionibus alias de jure  
competentibus, ingredientes Religionem, seu alias  
vitam Ecclesiasticam eligentes, invalida sint ad regulam  
textus in Authentica cassa & irrita Cod. de Sa-  
cro-sanct. Eccles. & cap. Ecclesia Santa Maria de con-  
stit. & habetur sub tit. de success. ac etiam insinuat  
sub tit. de dote. 143.

Attamen videbatur quod in hoc proposito ad-  
aptari possent ea, quæ habentur sub tit. de fidei com-  
miss. dicto. 63. & seqq. in materia exclusionis à fidei  
commissaria successione religiosorum, seu alias, ex  
libem, & Ecclesiasticam vitam profitentium; Ac etiam  
quæ circa intestatas successiones habentur sub  
tit. de success. super punto, an Statuta exclusiva ali-  
cujus

De LUCA  
de  
flamentis  
et cat.  
VI  
9

cujus generis personarum comprehendant ecclesiasticos, cum aliis, quæ in materia matrimonii habentur sub tit. de testam. disc. 73. & sub tit. de dote disc. 143; quod scilicet; Aut dispositio legis, vel hominis directa est in religiosos, seu ecclesiasticos, directe ad eorum præjudicium in ratione auctoritativa, seu jurisdictionali, vel respectiva in odium status ecclesiastici, vel religiosi, sive ut ita libertas ejus status impeditur, & tunc sine dubio ea tanquam cassa, & irrita habenda est, non solum ex sacrorum Canonum dispositione, sed etiam ex illa ipsiusmodi juris civilis in dicta & Authenticata cassa, & irrita, cum concordantibus; Ac ad instar eorum, quæ sub dicto tit. de dote disc. 143. ac etiam sub tit. de credito disc. 10. & plures sub altero de alienar. & contractu habentur in materia legis laicalis directe disponentes super vi, & efficacia juramenti, cum similibus.

Aut vero dispositio alium habet explicitum, vel implicitum honestum finem, qui in dubio praesumendus est, consulendi scilicet conservationi bonorum in dominibus, & familiis, non coactato morientium arbitrio disponendi eorum bonis, quatenus velint, ad favorem etiam religiosorum, & ecclesiasticorum, sed solum eisdem morientibus cum testamento, dando potestantem disponendi de eorum bonis ad solum beneficium viventium in seculo, ita removendo oblaculum necessitatis, ab ipsa metu positiva laicali provenientis, relinquendi aliquam quotam, seu portionem ratione legitima; Sive in casu mortis ab intestato, sub intelligentia camdem voluntate ita disponendi, cum aliud non sit intestato successio, nisi testamentum quod lex pro intestato moriente facit; Et tunc non videtur subesse congrua ratio cur id prohibuit sit, sed potius duplex ratio in contrarium urget.

Primo nempè quia lex laicalis non disponit, nisi cum proprio subdito, illi concedendo quandam maiorem potestatem disponendi, de bonis suis, sive ad imendo eam obligationem, vel necessitatem, quam ipsa metu positiva laicalis induxit; Et secundò quia, cum recte à statuentibus ad testantes, seu alias disponentes intret argumentum, ut plures alibi advertitur, praesertim sub tit. de dote disc. 16. Hinc proinde, quemadmodum locis supra citatis sub tit. de fideicommiss. ac etiam disc. 167. de dote habetur, ut recte valeat dispositio hominis excludeat à fideicommissaria successione, vel à pinguiori dote vitam monasticam, seu ecclesiasticam profientes; Ita à pari, cum nulla subesse videatur differentia ratio; Ac etiam quia, (ut dictum est,) ista dicitur dispositio ipsius morientis, quæ ob ejus impedimentum à morte causatum suppletur, vel explicatur à lege.

Tunc autem infœcio bene intraret, quando subdito adimeretur potestas, ut etiam volens non possit cum hujusmodi personis disponere, quoniam tunc esset directe disponere cum non subdito, cumque inhabilitare ad acquirendum, quod fieri non potest.

Duplex autem dubitandi ratio in contrarium cadere posset; Primo scilicet ubi Statutum adimeret, vel minueret etiam legitimam, quæ de quodam iure naturæ filii debita est ab instanti nativitas, quatenus parenti, non reddendo se indignos, vel incapaces, supervivunt; Et secundò ubi agatur de adimento successionem in statu facultari, jam delatam, & quasi tam, quasi quod ista sit species poena, qualis inesse dicitur quoties privatio juris quasi resulteret juxta distinctionem, de qua ex celebri cons. 116 Oldrad. habetur dicto disc. 73. de testam. ac etiam sub tit. de matrim. & alibi.

Quamvis enim aliqui, praesertim Morales, aliam addant rationem, in qua magis insistere videntur, aversionis scilicet à vita religiosa, & ecclesiastica; Attamen, ut locis citatis advertitur, expribabilius, magisque recepto forenum sensu, illa ratio considerabilis non est, quoniam que spiritus Dei aguntur, ab hujusmodi temporalibus non pendent, neque ille, qui ex Divina inspiratione vocazione, hanc meliorem partem eligere determinat, retrahendus est à cogitatione hujusmodi temporalitatum, à quibus omnino alienum ira reddit, earumque incapacem se facit, unde proprietas, vel Religionis.

Adhuc tamen, dictæ rationes urgere non videntur; Quatenus enim pertinet ad primam ademptionis, vel diminutionis legitimam, certa, & recepta conclusio est, quod filius in bonis patris viventis nullum habere dicitur jus formale vel quantum etiam pro legitima, ut ceteris relatis pluribus Rota praesertim decisi. 141. num. 5. par. 5. dec. 355. numer. 3. & seq. par. 6. dec. 176. n. 6. & 7. par. 7. rec. cum aliis per Altogr. cons. 40. nu. 14. & seq. illi.

Et quamvis ipsum morientem lex obliget etiam inquit, ad relinquendum filiis legittimam, quæ tanquam species æris alieni, præter immotu parentis judicium obtinetur, atque dicitur quoddam debitum juris naturæ; Attamen, ut advertitur supra disc. 10. verè istud est beneficium filii attributum ab ipso iure positivo, & consequenter verius est ut ab eodem tolli possit, quoniam non haberemus leges civiles Romanorum legiam deferentes, utique nullib[us] fili[bus] hanc necessariam successionem fundare; Atque ad summum la naturalia obligatio, vel quitas, ob quam la canonica, etiam in conscientia, obligat parentes erga filios, vel filios erga parentes, absque diffitione, an sint legitimi, vel illegitimi procedit in subsidiariis alimentis erga eum, qui alii non provisus non sit, unde propterea esset necare; Sed isto casu secluso, totum provenit ab ipsiusmodi positiva beneficio quod eadem tollere potest; Eadem modo, quo illud tollit feminis propter matrem, vel agnatos, ac etiam substitutum, vel ab initio negavit filiis naturalibus tantum, in quibus vigeat eadem ratio naturæ, quæ hanc distinctionem non habet; Ideoque, ut advertitur sub tit. de donis discr. 1. tunc dicta ratio aversionis, vel impedita libertatis intraret, quando, etiam non provisus, negarentur ea, quæ necessaria sunt pro hujusmodi statu suscipiendo; Ad instar eorum, que proxime delegato loco habentur in proposito obligationis dantur.

Et quoad alteram rationem, intrant pariter ponderata dicto disc. 73. de testam. & sub tit. de matrim. ac alibi, quod scilicet, præna verè, & propriè induci dicitur, ubi resulteret iactura in rebus propriis, propriisque patrimonii diminutione, secundum autem ad hunc effectum, in quo ille, qui agit de distinctione, semper de lucro contendere dicuntur. Quamvis enim ad alios effectus, vera, & recepta sit distinctio, de qua praesertim sub tit. de fideicommiss. disc. 154. & alibi, inter conditionem, & modum redolentem penalitatem, ut illa fieri à parte ante, ut potè impeditiva acquisitionis, illiusque principio se opponens, modus autem fieri à parte postea, & causat amissionem juris jam quasi resulteret; Attamen ea intrare non videtur ad hunc effectum, quoniam ita dici potest, ut ista sit conditio, quæ ab initio ipsi acquisitioni infire, sub altera conditione perseverantia, quæ defacta, vel resoluta tanquam per-

retroactionem, dicatur ab initio jus non quasi-  
sum; Eo modo, quo in fideicommissariis, vel feu-  
dalibus successionibus habemus, ut etiam superve-  
niens status religiosus, vel ecclesiasticus adimit jam  
delatam, acadam successionem; Ideoque in idem  
conferunt ea, quæ sub tit. de feud. discr. 17. & 54.  
habent super incapacitate clericorum, & eccl-  
esiasticorum succedendi in feudi, quoniam non est  
inhabitare, vel excludere ratione clericatus, sed  
adficere ab initio certam qualitatem, sub cuius con-  
ditionis perseverantia adimitur, tanquam per legem  
rei sue adjectam.

Ex consequenter, tunc ratio pœnalitatis inträ-  
ret, quando eligenti hanc vitam, tollerentur ea,  
qua verè sita sunt, sive denegarentur ea, quæ ex na-  
ture instinctu, quamdam necessitatem concernunt,  
unde propterea coram negatio, si ab illius vita elec-  
tione averteret. Et quemadmodum ipsem in-  
gredi volens Religionem, vel Monasterium per ge-  
neralem renunciationem, quam realem seu extin-  
tivam, dicimus, potest facere se mortuum, ac se  
inhabitabile ad hereditates, & successiones, sive  
eum per renunciationem, vel aliam translativam  
dispositionem, eas præventivè transferrere in ter-  
mitia, excludendo Religionem, vel Monasterium,  
eodem modo subesse non videtur ratio, qua prohibe-  
at, cur lex positiva id facere non possit; Ponde-  
rando etiam in proposito hujus statuti, ejusque la-  
ta magisque benigna interpretatione, ea quæ ha-  
bentur etiam ponderata supra discr. 10. in proposi-  
to Statuti Reipublice Lucensis, quod non versatur  
in Statuto facto per Civitatem subditam alteri  
Principi, unde propterea Statutum continere dica-  
tur ius verè municipale sub altero iure, quod sit  
Principatu commune, sed in Statuto condito per  
ipsum supremum Principem in eius Principatu,  
ideoque censendum est potius jus commune, quam  
municipale. Non quidem quod ista ponderatio,  
sæpius distingue aliecius momenti sit in ordine ad  
Ecclesiasticos, eorumque exemptionem à passiva subjectione, dum eadem est ratio ex  
defectu potestatis, eo quia paria sunt forum sorti-  
tis, ac legibus ligari, ideoque nihil refert, an lex laica  
immediate ab ipso Princeps pro universo Principatu condita sit, vel à Civitate subdita de ejus li-  
tiori, vel approbatione, quoniam sive uno,  
sive altero modo tempore est laicalis, & non  
obligatoria ecclesiasticorum; Sed in ordine ad fa-  
cilius corrigendum jus commune civile, ex quo  
debitum legitimæ, vel ordo succedendi manant ut  
supra, ut propter ea non intrent illi iudicai rigores,  
quos Juristi ponderant in Statutis à iure communi  
exorbitantibus, ut dicto discr. 10. & in sua materia  
subinde successionib.

## PARMEN.

## DEDUCTIONIS LEGITIMÆ

INTER

COM. OCTAVIUM, ET ALIOS DE  
TARASCONIS.

Responsum pro veritate.

Quomodo facienda sit deductionis legitimæ ex  
hereditate, quæ aliquibus debitis certis, &  
liquidis, ac respectivè incertis, & illiquidis  
gravatas sit; Et præsertim ubi sint debita  
usuraria, quorum usuræ excedant fructus

bonorum; Et obiter de legitima debita ne-  
potibus ex filio prædefuncto obtinentibus  
etiam donationem contemplatione ma-  
trimonii eorum patrifactam, vel dotem  
matri datam.

## SUMMARIUM.

- F Acti series.  
1 Legitima debetur de defuncto ex alieno.  
2 Quid ubi debita sint incerta, vel illa-  
quida.  
3 Quomodo ista materia regulari debeat.  
4 Decodem.  
5 Quod non sit procedendum cum generalitatibus.

## DISC. XXIX.

P Er mortem Com. Camilli Tarasconi, tribus  
inter alias exortis controvësiis inter Comi-  
tem Octavium filium tertio genitum hære-  
dem universalem, & nepotes ex Francisco  
filio, & respectivè fratre primogenito præ-  
defuncto; Primo nempè super successione feudo-  
rum; Secundò super resolutionem donationis con-  
templatione matrimonii dicto Franciso factæ; Et  
tertio super legitima ipsiis nepotibus ex propria per-  
sona debita, illisque terminatis per laudum ejusdem  
Ducis Partium supræmi Domini, procedentis cum  
voto Consilii Placentini; Prima scilicet ad favorem  
Octavii, secunda verò, & tertia ad favorem nepo-  
tum, ut de prima habetur sub tit. de feud. discr. 12. &  
de secunda sub tit. de donat. discr. 8. super quibus tan-  
tum ego scripsi, non autem super tertia.

Alia exorta est conversio super modo faciendi  
dictæ legitimæ detractionem, quoniam cum hæ-  
reditas gravata esset aliquibus censibus, ac debitis  
fructiferis ad rationem quinque, vel sex pro cente-  
nario, bona verò hæritaria fructarent ad ratio-  
nem trium circiter, ad eundem juxta frequentiorem to-  
tius Italie contingentiam, pro solvendis fructibus,  
vel usuri via sufficerent bona duplicati valoris in  
sorte principali; Hinc proinde concorditer per  
utramque Partem, pro veritate consultus fui, an  
subsisteret hæreditis universalis prætension, ut ante  
detractionem legitima, detrahi debeat tot bona,  
quorum fructus sufficiant pro solvendis fructibus  
passivis, vel usuri æris alieni, nec ne-

Atque ex parte ejusdem hæreditis pro dictorum  
bonorum deductione tria fundamenta deduce-  
bantur; Primo scilicet generalis propositio, quod  
legitima, ex veriori, magisque recepta senten-  
tia, dicitur quota bonorum, non autem hæreditatis,  
ut pote præstanta de eo, quod superest, de-  
trahit debitis, illisque oneribus, ac expensis neces-  
sariis, ut sunt expensæ funerum, & vestium lugubri-  
um. &c. cum in legatis voluntariis tantum in jure  
cautum sit deductionem faciendam non esse, sed ea  
soli debere ex reliquo besse; Secundo quod ubi ag-  
itur de debitis illiquidis, vel per creditorem, non  
repetibiliibus, ut sunt præsertim annui census,  
tunc ex magis communis opinione, super qua plures  
referunt Surd. cons. 248. num. 6. & 7. & 17. Mastrill.  
decis. 64. numer. 17. Amat. resol. 39. numer. 167. hæres  
universalis habet retentioem tot bonorum, quæ  
adæquent, neque filius dicere potest velle affirme-  
re in se pro quotib[us] debita in bonis quotam de-  
bitorum cum obligatione relevandi hæredem  
juxta aliam opinionem de qua Cost. de part. rat.  
quest. 140 numer. 17. Ricc. collect. 697. Tbor. in com-  
pend. decis. par. 1. verbo legissima, Franch. det. 127 n. 5.  
& seqq.

De LUCA  
de  
flamentis  
et cat.  
GVI  
9